

## SENTENTIAE, CH. XXXIV, PARS I

## Practice and Review #7–15

7. Ab initiō nōn comprehendistī quantus exercitus nōs sequerētur et quot elephantōs istī milītēs sēcum dūcerent.
8. Prīmō respondit sē nōlle sequī ducem mediocris virtūtis sapientiaeve, cum cīvitās in līmine bellī stāret.
9. Ex urbe subitō ēgressus, ferrō suō morī semel cōnātus est.
10. Cum Aristotelēs hortārētur hominēs ad virtūtem, tamen arbitrābātur virtūtem in hominibus nōn nāscī.
11. Māter paterque nunc rūsticantur ut ā labōribus remissiōne suāvī ūtantur.
12. Dā mihi, amābō tē, multum salis et vīnum aquamve, ut cēnā maximē ūtar.
13. They did not permit me to speak with him at that time.

14. We kept thinking (**arbitror**) that we would use the office more wisely.

15. If any one should use this water even once, he would die.

### Sententiae Antiquae #1–6

1. Cēdāmus Phoebō et, monitī meliōra sequāmur. (\*Virgil. —Phoebus Apollo was god of prophecy.)
2. Nam nēmō sine vitiīs nāscitur; optimus ille est quī minima habet. (Horace.)
3. Mundus est commūnis urbs deōrum atque hominum; hī enim sōlī ratiōne ūtentēs, iūre ac lēge vīvunt. (Cicero.)
4. Tardē sed graviter vir sapiēns irāscitur. (\*Publilius Syrus. — **tardus, -a, -um**, *slow; late*. — **irāscor, irāscī, irātus sum**, *to become angry*.)
5. Quae cum ita sint, Catilīna, ēgredere ex urbe; patent portae; proficīscere; nōbīscum versārī iam diūtius nōn potes; id nōn feram, nōn patiar. (Cicero. — **Quae cum = Cum haec**. — **versor, versārī, versātus sum**, *to stay*.)
6. Cūra pecūniam crēscentem sequitur et dīves male dormit. (Horace.)